

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata.
Ioann. Agri. Isleb. Avtore**

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs tercii scena qvarta

[urn:nbn:de:bsz:31-129051](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129051)

ANDRIA.
AGTVS TERCII SCENA.
QVARTA.

Octonarj Acatalectici, & Dimeter vn⁹.
DAVVS seruus.

SIMO, CHREMES, SENES

Ad teibam. SI. quid nam est?
DA. Cur non vxor accersitur? iam ad-
uesperascit. Si. audin tu illum?
Ego dudum nonnihil veritus sum. Da-
ue abs te, ne faceres idem,
Quod vulgus seruorum solet. dolis ve-
me deluderet,
Propterea quod amat filius. Da. egon
istihuc facerem? Si. credidi.
Itaq; adeo metuens, vos cœlaui, quod
nunc dicam. Da. quid? scies.
Nam propemodum habeo tam tibi sis-
dem. Da. tandem cognosti, qui sum.
Si. Non fuerans nuptiæ futuræ. Da.
quid non? sed ea gratia.
Simulaui, vos vt perentarem. Da.
quid ais? Si. sicres est. Da. vide.

Nūquā

TERENTII.

Nunquam isthuc quivi ego intellegere.
vah, consiliura callidum.

Si. Hoc audi .vt hinc te introire iussi.
oportune hic mihi fit obuiam .

Da. Hem ,num nam perimus ? Si .naro
ro huic, quæ tu dudum narraſti mihi.

Da. Quid nam audio ? Si. Gnatam vt
der, oro, vixq; id exoro. Da .occi.

Si. Hem quid dixi ? Da. optume inquæ
factum Si. nũc per hunc nulla est mora.

Ch. Domum modo ibo .vt apparẽtur,
dicam , atq; huc renuncio .

Si. Nunc te oro Daue, quoniam solus
mihi effecisti has nuptias .

Da. Ego vero solus. Si. corrigere mihi
Gnatum porro enitere .

Da. Faciam hercle sedulo . Si. potes nũc
dum animus irritatus est .

Da. Quiescas. Si. age igitur, vbi nunc est
ipſus ? Da . mirum , ni domi est .

Si. Ibo ad eum , atq; eadem hæc , quæ
tibi dixi, dicam itidem illi. Da . nullus
sum .

Quid cauſæ est, quin hic in piſtrinum
recta proficiſcar via ?

X ij

Nihil

ANDRIA

Nihil est precii loci relictum, iam per-
urbauit omnia.

Herum fefelli .in nuptias conieci heris-
lem filium.

Feci hodie, vt fierent, insperante hoc,
atq; inuito Pamphilo.

Hem astutias. quod si quiessem, nihil
euenisset mali.

Sed eccum ipsum video. occidi. Dis-
meter.

Vtinam mihi esset aliquid hanc, quo
nunc me precipitem darem.

ACTVS TERCII SCE-
NA QVARTA.

ACTVS